



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Honorati Fabri, Societatis Jesu Theologi,
Apologeticus Doctrinæ Moralis Eiusdem Societatis**

Fabri, Honoré

Coloniæ Agrippinæ, MDCLXXII

III. De occasione peccandi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94565)

1.2. q. 19. art. 6. disp. 2. n. 3. Carbo in sum. tom. 1. p. 1. c. 14. Lallus Zeech. in sum. tom. 1. c. 4. n. 7. Jo. Wigors. 1. 2. q. 19. art. 6. dub. 5. Mercer in 3. p. pag. 382. David à Maunden. disp. 2. in decalog. pag. 1031. Silvius 1. 2. ad q. 19. art. 5. q. 9. concl. 3. Gaugetie. Hispanus in addit. ad sum. Caiet. verb. opinionis usus. Richard. Hallustrat. de conscient. lib. 2. c. 9. Suar. tr. 3. in 1. 2. disp. 12. f. 6. Vafq. 1. 2. disp. 62. c. 4. n. 14. Valentia 1. 2. disp. 2. q. 14. punct. 4. Tannerus disp. 2. de act. hum. q. 4. dub. 4. Granado in 1. 2. disp. 4. f. 3. n. 23. Lessius lib. 2. c. 29. n. 68. Becan. in sum. p. 2. c. 4. q. 9. n. 15. Turtian. in 2. d. 13. dub. 3. n. 11. Salas in 1. 2. tr. 8. disp. unica f. 6. Coninck tom. 2. de Sacram. d. 34. n. 84. Ouedo in 1. 2. tr. 3. contrav. 3. punct. 2. Aeriaga in 1. 2. disp. 24. sect. 1. Palavic. in 1. 2. disp. 9. q. 4. art. 4. Henriq. lib. 14. c. 3. n. 3. Sanch. lib. 1. in decalog. c. 9. n. 14. Azor lib. 2. c. 6. q. 3. Layman. tr. 1. c. 2. n. 7. Filluc. tract. 20. c. 4. n. 18. Reginald. in prax. lib. 13. c. 10. f. 2. Gordon. lib. 1. q. 9. n. 33. Castr. Pal. p. 1. d. 2. punct. 2. Baldell. lib. 4. disp. 12. n. 1. Bresser. lib. 3. de conscient. c. 8. Joan. Nider. Consolator. c. 11. & 12. ubi citat Wilhel. Altissiodor. Ulric. Monald. Humbert. Goffrid. & alios, addere possem Lao, Mastium, Marc. Serra, Verricell. Orellanam, Mofel. Tambur. Busemb. Amicum, Bardi, Ferrer. Lalover. Gobat. Quis adeo numerofo & nobili auctorum manipulo non cedat? vel potius quis opinionem, quam tot ac tanti auctores defendunt, non admittat ut probabilem, imò ut longè probabiliorem? quiseam, ut pestem ac monitrum rei que moralis perniciem & corruptelam infectetur?

Sed ut ad 3. accusationis caput veniam; Theologi morales docent, in quibusdam casibus unius doctoris sententiam communi multorum anteponi posse; non quidem temerè cuiuslibet auctoris, nec enim Casus hæc docent, sed gravissimi cuiuspiam, qui scilicet suam opinionem optimis rationibus firmavit, & opposita partis argumenta solide solverit, ac proinde rem hanc, de qua agitur, accuratè, diligenter, doctè, nec non ex professo discusserit; sic nonnunquam accidit, ut vel unus Senatorum reliquos omnes in diversa euntes, in sententiam oppositam, gravissimarum rationum vi adducat; ubi autem liber alicujus auctoris, ex juris & legum formula, ab iis, ad quos spectat, diligenter discussus est & castigatus, facile crediderim, opiniones ab eo traditas probabiles censerè, Hoc examen & hujusmodi emendationem Romæ tulit libellus Emanuel Sâ, ac proinde illius aphorismos ad praxim & usum, tuta conscientia reduci posse putarim: Quod autem unus auctor optimo pollens ingenio, gravem aliquam rationem pro singulari opinione invenire, & rationes quæ pro communi sententia adducuntur, refellere possit, nemini opinor, dubium est: sic nonnunquam accidit, ut aliquis in re geometrica, illam demonstrationem inveniat, quam ceteri hucusque ignorarunt; sic illæ opiniones, quæ jam communes sunt, aliquando singulares fuerunt, & accidentibus deinde multorum calculis communes tandem evaserunt: præterea cum probabilitas ratione gravitatur, ubi quis aliquam opinionem ratione gravi firmavit, & facile diluit rationes oppositas, præsertim si autor gravis sit, qui rem illam ex professo discusserit, licet plures repugnent, ex iis scilicet, qui scripserunt, non video, cur verè probabilis non dicatur; præsertim cum multi viri probi & docti, iis, qui scripserunt, omnino comparandi, illam approbent, & ad praxim reducant: in hoc vim facio, si vir doctus novam demonstrationem invenire potest, cur non rationem gravem, quæ opinionem verè probabilem faciat?

Non desunt auctores pro confirmatione hujusmodi. Navar. passim ut in man. c. 27 & lib. 5. consil. de pre. & remiss. S. Antonin. 1. p. tit. 3. c. 10. s. 10. ubi citat Albert. Magn. Major in 4. q. 2. in prol. & resp. ad 5. Sylvest. v. scrupul. 3. Du Vallius tr. de act. hum. q. 4. art. 12. Jo. Viguer. c. 15. Pelant. 1. 2. q. 19. a. 6. disp. 2. dub. 3. Lallus Zeech. tom. 1. de regul. hum. ad c. 4. n. 7. Richard. Hallustrat. de conscient. lib. 2. c. 9. Gamalchewus 2. q. 19. c. 2. Bernard. Parmensis autor Gloss. in decretal. man. cum inter nonnullos. Boss. tom. 1. de conscient. p. 1. tit. 207. & S. 19. n. 170. Pasqualig. decis. 22. Emmann. S. n. dubium, n. 3. Marc. Seira 1. 2. q. 19. art. 6. Verricell. in quest. moral. tr. 2. sing. q. 5. ubi pro hac sententia 22. auctores citat. Valent. tom. 2. disp. 2. q. 14. punct. 4. Julian. 1. 1. ff. de veter. jur. encl. 5. 6. Macagnan. tr. de com. opin. cap. 8. n. 1. post Felin. & alios, And. Gall. 2. obs. 94. n. 19. Malcard. de prob. concl. 1138. n. 12. post Ostiens. Abb. Dec. lason, Zaf. ab iis citatos, ac de Theolog. quos citat & sequitur Sanch. de matrim. d. 18. n. 7. Fillucius tr. 21. n. 13. Gobat. 1. p. cyp. sect. 1. 1. Ant. Maria Corat in tr. de opin. communi lib. 1. n. 3. testatur à Jafone, & aliis illam opinionem pro communi haberi, quam unus quispiam excellebat. Doctor tuetur; citari à me possent plures alii, sed igitur, gravissimi cuiuspiam doctoris opinionem gravitatem nixam, à quo diluuntur omnia opposita, verè probabilem esse; nisi tamen vel ceteri omnes dissentiant, eamque ut improbabilem ac temerariam rejiciant, ut rectè observant Tanner. tom. 4. disp. 4. n. 11. Bresser. de conscient. l. 3. c. 3. n. 30. & alii. Summa brevissimum Navar. dictum in man. c. 27. n. 289. opinio communis non est; inquit, quam plerique sequuntur, sed quam pondus fultit auctoritatis; igitur si unus auctoris gravissimi autoris, majoris ponderis est, opinio non probabilis modò, sed teste Navar. communis dicenda est; videatur denique Sanch. l. 1. m. cap. 9. n. 14. Diana p. 1. tr. 13. resol. 1. Jo. Sauc. disp. 42. n. 12. Pasqualig. decis. 5. qui docent, illam opinionem esse practicè probabilem, quæ nititur ratione gravi, & hanc rem ultra 50. doctores citant.

CAPUT III.

De occasione peccandi.

DOCENT iidem, 1. ultra peccatum, in proxima peccandi occasione perseverari posse. 2. ablati posse illos, qui pravorum vitiorum habitus contraxerunt. 3. renunciamulum necessarè non esse, aut vitæ generi, in quo multi peccant, non sine aliquo æternæ salutis periculo.

REFELLITUR.

Affirmant multi Theologi, cum vitari occasio nequit, sine aperto discrimine, vitæ, honoris famæ, vel sine grandi bonorum jactura, posse tunc hominem in illa permanere, modò illam directè minime intendat; pro hac doctrina videri poterit Julius Pontius, qui cum sequitur in append. cap. 9. de op. illa citat 15. magni nominis auctores, v. g. famulum quispiam apud hæreticum servit, in iis scilicet reprobis, in quibus impune grassatur hæresis, & ab ipso ad perpetranda lethalia peccata, contra religionem inducitur est, aut à confessione faciendâ urgente præcepto, id quod semel atque iterum duntaxat; is sanctè, modò verè contritus sit, ac præteritos errores detestetur,

omnibus exemplis à me supra probatis, aliisque adhuc illustrioribus utitur.

In prædicto famulo, ut possit absolvi, nonnulla requiro. 1. contritionem de peccato præterito. 2. firmum propositum de non peccando in posterum, ac detestationem hæreseos. 3. spem & credulitatem divinæ gratiæ subsidio non peccandi in posterum in illa occasione. 4. justam rationem & rationabilem causam in eo statu remanendis, ita ut quàm primum poterit, illi renunciet. 5. non præcessisse frequentē lapsum, unde mala dispositio conjici posset; sed tum primum de hoc peccato confessum esse. 6. suppono, non ita vilem & abjectam esse illius famuli conditionem, ut illi admodum probrosam non sit, eā abjectā, mendicare: ex his constat, hanc occasionem vix proximam dici posse, aut saltē longē minoris esse periculi, quàm sint illæ, in quibus juxta Navarr. in man. c. 3. n. 15. modò adfuit quatuor illæ conditiones supra expositæ, aliquis sine peccato permanere potest: suppono autem in iis terris versari, in quibus hæresis impune grassatur, ut in Gallia, Germania, Anglia, Hungaria: sic jam ab initio Ecclesiæ servi Christiani heris gentilibus famulabantur, & aliquando accidit, ut ad istorum conversionem Deus illorum operā uteretur; sic serva illa Hebræa, Naami conversionis causa fuit: item serva Christiana apud Iberos conversionem illius gentis procuravit; hinc hujusmodi famuli, juxta communem oppositorum legem, longē peritiores sunt rerum fidei, & majoris religionis zelo flagrare videntur; quod verò ad eos pertinet, qui frequenter labuntur, citra tamen aliam occasionem, non nego, aliquando dimittendos, pro Confessarii prudentia, si tamen aliquid diligentia adhibuerint ad excutiendum habitum, jure absolvi possunt. Innumeri ferè auctores, præter Navarr. Baillii, & Basilium Pontium supra citatos, huic sententiæ suffragantur, scilicet idem Navarr. in c. satisfactio, dist. 3. Beza tom. 1. c. 39. Corduba in sum. q. 4. Vivald. in Candelabr. tit. de absol. Joan. Sanch. disp. 10. D. Thom. 2. 2. q. 10. art. 9. Bonac. tr. de matr. q. 4. p. 14. n. 17. Zerola c. 25. de pen. Finell. c. 11. n. 12. Philarc. p. 2. l. 2. c. 2. Suar. disp. 32. Lugo de penit. disp. 14. sect. 10. Eman. S. Correctus, verb. Absol. n. 12. Basil. lib. de const. monast. c. 3. Ambr. lib. 3. offic. c. 13. Lopez p. 1. c. 20. & 22. post Victoriam Cajetan. in summ. v. periculum. Armilla v. periculum. Henric. lib. 4. de matr. cap. 25. n. 3. Alphi. à Castro lib. 1. de justa heret. punit. cap. 17. Layman lib. 5. tr. 6. c. 4. n. 9. Sanch. tom. 1. moral. lib. 1. c. 8. plures alii legi possunt apud Dianam part. 2. tract. 16. resol. 5. & part. 4. tract. 4. resol. 165.

Imò sunt, qui docent, posse aliquem gravi & justa de causa, alteri occasionem peccandi præbere; maritum v. g. uxori, herum famulo, quod gravius videtur, quàm invitum in occasione permanere; ita Petr. Navarr. lib. 3. de restit. c. 4. n. 127. Joan. Sanch. disp. 35. n. 12. Guilin. verb. peccatum, n. 11. Dian. 3. p. tr. 5. missi. resol. 18. Layman. lib. 2. tr. 3. c. 13. n. 5. Limitat tamen id homini ordinariè concessum non esse. Idem dico de illorum sententia, qui docent, licere proximi peccatum permittere ex bono fine, vel non auferre occasionem peccandi, licet commodè id fieri possit, Sot. de ratione regendi & detegendi secret. membr. 2. q. 2. Navar. in sum. lat. c. 24. n. 13. Cordub. in sum. q. 5. corol. 4. Sanch. de matr. l. 10. d. 12. n. 52. qui citat D. Th. & Pet. de Ledesma, Bonac. d. 2. de peccat. q. 4. punct. 2. n. 28. ubi citat Navar. & Turr. Castr. Pal. tom. 2. tr. 6. d. 5. punct. 5. n. 6. qui citat Pet. Navar. Tambur. l. 5. c. 1. §. 4. hæc dico, non quòd approbem, sed ut ex eo constet, non esse dictum improbabile, licet ut quempiam ex

omnibus exemplis à me supra probatis, aliisque adhuc illustrioribus utitur.

In prædicto famulo, ut possit absolvi, nonnulla requiro. 1. contritionem de peccato præterito. 2. firmum propositum de non peccando in posterum, ac detestationem hæreseos. 3. spem & credulitatem divinæ gratiæ subsidio non peccandi in posterum in illa occasione. 4. justam rationem & rationabilem causam in eo statu remanendis, ita ut quàm primum poterit, illi renunciet. 5. non præcessisse frequentē lapsum, unde mala dispositio conjici posset; sed tum primum de hoc peccato confessum esse. 6. suppono, non ita vilem & abjectam esse illius famuli conditionem, ut illi admodum probrosam non sit, eā abjectā, mendicare: ex his constat, hanc occasionem vix proximam dici posse, aut saltē longē minoris esse periculi, quàm sint illæ, in quibus juxta Navarr. in man. c. 3. n. 15. modò adfuit quatuor illæ conditiones supra expositæ, aliquis sine peccato permanere potest: suppono autem in iis terris versari, in quibus hæresis impune grassatur, ut in Gallia, Germania, Anglia, Hungaria: sic jam ab initio Ecclesiæ servi Christiani heris gentilibus famulabantur, & aliquando accidit, ut ad istorum conversionem Deus illorum operā uteretur; sic serva illa Hebræa, Naami conversionis causa fuit: item serva Christiana apud Iberos conversionem illius gentis procuravit; hinc hujusmodi famuli, juxta communem oppositorum legem, longē peritiores sunt rerum fidei, & majoris religionis zelo flagrare videntur; quod verò ad eos pertinet, qui frequenter labuntur, citra tamen aliam occasionem, non nego, aliquando dimittendos, pro Confessarii prudentia, si tamen aliquid diligentia adhibuerint ad excutiendum habitum, jure absolvi possunt. Innumeri ferè auctores, præter Navarr. Baillii, & Basilium Pontium supra citatos, huic sententiæ suffragantur, scilicet idem Navarr. in c. satisfactio, dist. 3. Beza tom. 1. c. 39. Corduba in sum. q. 4. Vivald. in Candelabr. tit. de absol. Joan. Sanch. disp. 10. D. Thom. 2. 2. q. 10. art. 9. Bonac. tr. de matr. q. 4. p. 14. n. 17. Zerola c. 25. de pen. Finell. c. 11. n. 12. Philarc. p. 2. l. 2. c. 2. Suar. disp. 32. Lugo de penit. disp. 14. sect. 10. Eman. S. Correctus, verb. Absol. n. 12. Basil. lib. de const. monast. c. 3. Ambr. lib. 3. offic. c. 13. Lopez p. 1. c. 20. & 22. post Victoriam Cajetan. in summ. v. periculum. Armilla v. periculum. Henric. lib. 4. de matr. cap. 25. n. 3. Alphi. à Castro lib. 1. de justa heret. punit. cap. 17. Layman lib. 5. tr. 6. c. 4. n. 9. Sanch. tom. 1. moral. lib. 1. c. 8. plures alii legi possunt apud Dianam part. 2. tract. 16. resol. 5. & part. 4. tract. 4. resol. 165.

Imò sunt, qui docent, posse aliquem gravi & justa de causa, alteri occasionem peccandi præbere; maritum v. g. uxori, herum famulo, quod gravius videtur, quàm invitum in occasione permanere; ita Petr. Navarr. lib. 3. de restit. c. 4. n. 127. Joan. Sanch. disp. 35. n. 12. Guilin. verb. peccatum, n. 11. Dian. 3. p. tr. 5. missi. resol. 18. Layman. lib. 2. tr. 3. c. 13. n. 5. Limitat tamen id homini ordinariè concessum non esse. Idem dico de illorum sententia, qui docent, licere proximi peccatum permittere ex bono fine, vel non auferre occasionem peccandi, licet commodè id fieri possit, Sot. de ratione regendi & detegendi secret. membr. 2. q. 2. Navar. in sum. lat. c. 24. n. 13. Cordub. in sum. q. 5. corol. 4. Sanch. de matr. l. 10. d. 12. n. 52. qui citat D. Th. & Pet. de Ledesma, Bonac. d. 2. de peccat. q. 4. punct. 2. n. 28. ubi citat Navar. & Turr. Castr. Pal. tom. 2. tr. 6. d. 5. punct. 5. n. 6. qui citat Pet. Navar. Tambur. l. 5. c. 1. §. 4. hæc dico, non quòd approbem, sed ut ex eo constet, non esse dictum improbabile, licet ut quempiam ex

gravi aliqua causa, invitum scilicet, in aliqua occasione peccandi manere.

Non deerunt fortè aliqui, qui DD. Th. Basilium & Ambrosium perperam pro hac sententia citari dicant: en tibi verba S. Th. ex 2, 2. q. 10. art. 9. si autem, inquit, sunt simplices & infirmi in fide, de quorum subversione probabiliter timeri possit, prohibendi sunt ab infidelum communione, & præcipue ne magnam familiaritatem cum eis habeant, vel ABSQUE NECESSITATE cum communi-ent; vident, absque necessitate. D. Basilii textus expressus est, cum enim supposuisset, esse hominem, cui consuetudo cum mulieribus occasionem peccandi præberet, tandem concludit, huiusmodi congressiones colloquutionesque fugiendas esse, neque ad eas unquam accedendum, nisi cum gravissima nos aliqua ad eas necessitas impellat, & aliter facere non possimus. Ambrosius loco citato, excusat actionem Judith à peccato contra castitatem, eo quod in casu magna necessitatis periculum adiecit, honestatis fuit, inquit, pro omnibus periculis, ut omnes eximeret periculo: vide sis plura apud Basil. Pontium supra laudatum.

Illi porro Theologi, qui docent, interdum dari posse absolutionem iis, qui remanent in occasione proxima, idem potiori jure tenent pro iis, qui peccant ex habitu; quia scilicet habitus, statim tolli non potest; accedit, quod licet cum occasione proxima comparari possit, non tamen in voluntate hominis positum est, illum statim abigere; igitur voluntarius dici non potest, cum sæpe illum homo detestetur; nec voluntarie comparatus, cum de illo nulla prorsus cogitatio esset; pro hac sententia innumeri ferè citari possunt, ut Vivaldus in candelab. tit. de absolut. §. casus. Joan. Saneius disp. 10 n. 16. Medina lib. 10. summ. c. 14. §. 2. Petr. Ledesin. tom. 2. summ. tract. 1. c. 9. Maugel. tom. 1. sum. c. 34. n. 5. Ludovic. Lopez 1. part. c. 282. hi quatuor prudenter ita limitant, ut postquam sæpius data est absolutio, nisi poenitens resipiscat, aliquandiu differatur; hoc consilium maximè probo, ne scilicet nimia indulgentia abutantur. Azor. tom. 1. l. 1. c. 3. q. 3. existimat peccantibus ex habitu dari posse absolutionem, modò ad evellendum habitum aliquam diligentiam adhibeant, cui Saneius lib. 2. moral. c. 32. n. 4. & Ludovic. Baillius p. 263. cum multis aliis suffragantur: hac in re opus est maxima prudentia Confessarii, ne poenitentem aut nimia severitate avertat, aut nimia indulgentia seducat & peccet, pereatque cum illo. Suar. disp. 32. sect. 2. Lugo disp. 14. sect. 8. n. 166. & 169. Laym. citatus: quare, ut damno proximorum, qui nunquam poenitentem absolvi volunt, nisi prius vitiosum habitum contraxerint abjecerint, ita probo illorum prudentiam, qui aliquando absolutionem negari volunt, ut illius negligentiam in habitu revellendo castigant.

Denique iidem Doctores absolutionem iis dari posse concedunt, qui aliquod vitæ genus susceperunt, in quo plures occasiones peccandi occurrunt. Navarr. man. c. 3. Beja p. 1. casu 39. De Grassis l. 1. c. 28. n. 21. Saneius disp. 10. n. 11. De Lugo de poenit. disp. 14. sect. 10. n. 150. Laym. citatus supra, qui alios citat; ratio est, quia recedere à statu vitæ semel assumpto, saltem ut plurimum, difficile est, & quasi moraliter impossibile; vel potius, ut rectè cenfer Delugo citatus, quia status & conditio vitæ ex se indifferens, non est occasio proxima peccati, sed tantum remota, in qua qui remanent, possunt absolvi, si de peccatis doleant, & firmiter statuunt, ab iis abstinere; exemplum habemus in militibus, nautis, licetioribus, aliisque similibus; utinam sublimiores status majores peccandi occasiones non præbeant.

CAPUT IV.

De cooperatione alienis peccatis.

Immodica Jesuitarum indulgentia aluntur impurissima commercia, & scelera reguntur regima; nempe docent, famulos & ancillas posse Dominis suis præstare obsequia indifferenter, quavis sciant in malum finem illa exigi, ac providendam animi intentionem sufficere, ad culpam accedendam.

REFELLITUR.

Actionem ex se indifferentem malam non faciunt Theologi docent, licet ea alius quispiam ad malum finem abutatur, modò addit iusta causa & ratio legitima illam facienti, quæ reverà si absit, quævis servorum obsequia, flagitiorum scilicet adiumentum. Casuistæ culpæ non eximunt; ajunt dumtaxat quodamodi actiones ex se indifferentes, cum iusta ex causa sunt, honestæque ex fine, non vitari alteriusmodi, qui ad Dei offensam iis abutitur: favent tunc sponsoni argumenta plurima, eaque sanè magni ponderis; verum instar omnium erit communis Christianorum, atque adeo ipsius Ecclesiæ consensus; enim actiones illæ indifferentes bono animo & iusta de causa factæ, quibus alii ad malum ulum & finem abutuntur, essent illicitæ, servorum & opificum potissima à communibus obsequiis, & abstineret opificis tenerentur; hinc qui conjuncti matrimonio, si salutis discrimine, aut saltem in perpetuo peccato carnalis statu versarentur; cum sæpe alter conjugum ab illo indifferenter ad malum finem utatur; item auges, lecticarii, sellularum gestatores à Dominis recedentes tenerentur, quos aliquando in obscena libidinosa loca devehunt: item servi, qui suis Dominis juxta lege obstrictis quadragesimali tempore cenam parant, quod in Hugonotis, aliisque Ecclesiis perculibus etiam locum habet, item Tabellarii, publicæque veredaris à suo munere cessandum esset; ceteras amatorias, aut famosas & satyricas ultra ceteraque sæpe deferant; lanistæ, aleatorum ludorum, & amorum, sulphurati pulveris artifices, cogunt omnes, qui lautas epulas comestatoribus instruant, alique omnes artifices, quorum opera ad luxum, vanitatem, voluptatem homines abutuntur, ut fidicines, compotatores, unguentarii, caupones, alias exercere antea planè deberent, si famulis indifferenter obsequia præstare non licet.

At non legimus, huiusmodi artes à Rom. Pontifice, à Conciliis, ab Episcopis, à Parochis damnari, nec huiusmodi opificibus absolutionem denegari: dixi etiam supra, conjuges subijci pluribus peccatis hæc sententia rejiciatur, quorum aliqui communis Theologorum consensu immunes sunt, maritus vitium castitatis emisit, debitum exigit ab uxore & peccat, igitur uxor simul peccaret, cum tamen illi debitum reddere teneatur; idem de qualibet alia actione uxoris dictum sit ex se indifferente, quam ut ad malum finem refert: quanta inde conscientie anxietas conjugibus, si peccata communicarent inter se; quantus horror ac timor omnium; quis unquam se in consuetudinem hominum immittat, si ejus actiones indifferentes alterius malo finem & pravo animo contaminari possunt: hæc est igitur regula; illud omne obsequium famulis licetum